

auxilio sit, et promittit, se proximo anno ad delendam Langobardorum gentem exercitum missurum esse<sup>1</sup>.

XLVII. Childebertus II. rex (Mauricium) imperatorem suppliciter adit, ut parentem suum, filium Scaptimundi, Constantinopoli commorantem sibi reddat.

XLVIII. Childebertus II. rex a Grasulfo, Histriae duce, per Billulfum eius parentem invitatus, ut contra Langobardos rem fortiter gerat, ad pactum statim confirmandum paratum se esse per litteras a Gogone dictatas dicit: si illi sit potestas, pecuniam pro certamine solvendam constituendi, ipse pactum litteris mandet, sin minus, legatos, quos omni potestate instructos missurum se esse imperator pollicitus sit, expectet et facile congelatis fluminibus proficiscentes sine ulla mora ad se prosequatur; omnibusque compositis, se cum eo gentem Langobardorum debellaturum esse.

---

1) Die auffallende Bezeichnung des Bischofs Laurentius von Mailand als 'patriarcha' ist vielleicht nur auf ein Versehen in der Ueberschrift zurückzuführen: denn dem XLVI. Briefe mit der Ueberschrift 'Incipit ad patriarcham Laurentio de domni nomen' geht mit dem XLV. Briefe die Ueberschrift vorher: 'Ad patriarcham Constantinopolitanum de domni nomen'; indessen vergleiche man Hist. Franc. V, 20, wo der Bischof Nicetius von Lyon gleichfalls 'patriarcha' genannt wird.

---